



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 15. Palladius, & Secundianus damnantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

sus: ad hanc questionem discutiendam ve- Sæculum IV.  
 neras, nunc vero, quia epistolam ARII præ- A. C. 381.  
 legi audivisti, quam damnare non vis, &  
 defendere non potes, fugis, & ad cavillas  
 converteris. Ecce totam tibi prælego!  
 edic! an credas, JESUM Christum fuisse  
 creatum? an fuerit tempus, quo ipse non  
 erat? aut an Filius Dei unicus semper  
 fuerit? Palladius: ego te impietatis ma- n. 48.  
 nifeste reum teneo; JUDEX meus non es!  
 sed legis prævaricator es! Sabinus Pla-  
 centinus dixit: quod crimen ista tua fron-  
 te nostro fratri Ambrosio objicis? loque-  
 re, si potes! Palladius: quoties id, quod  
 dixi vobis, repetendum erit? in Concilio  
 universalis, & coram Auditoribus respon-  
 debo. S. Ambrosius: si accusandus sum,  
 & convincendus, volo, ut in conventu fra-  
 trum meorum id fiat! (\*)

### §. XV.

Palladius, & Secundianus damnan- tur.

Tum S. Valerianus Aquilejensis dixit: n. 49.  
 parcius agite cum Palladio; quomodo n. 50.  
 veritatem Catholicam simpliciter confite-  
 ri posset, cum sua conscientia duplicitis bæ-  
 resis reus sit? a Photinianis ordinatus est,  
 Uu 3 &

(\*) Hier sind zweien ganze Abschnitt ausgelassen  
 in der deutschen Version. Wohl ein fleißiger  
 Uebersetzer!

Sæculum IV. & cum eis damnatus, hodie cum Ariani  
A. C. 381. damnabitur. Palladius: proba, quod li-

queris! S. Ambrosius: impietatis meum dicis, proba, quod dicis! & paulo post omnes Episcopi: Omnes Palladio an-

n. 51. thema dicimus! S. Ambrosius: vis Palladii, ut reliqua epistolæ Arii legantur! Palladius: date nobis auditores! etiam Notarii utriusque partis adsint! S. Ambrosius: quales petis Auditores? Palladius: sunt hic viri in Dignitate constituti. S. Ambrosius: Episcoporum est Laicos judicare, non vero ab iis judicari. (\*) Nibilominus edic! quos tibi depositas judices; Chromatius Presbyter dixit: Sal-

n. 52. va Episcoporum judicandi potestate, ordine legantur, qui cum Palladio sentiantur. S. Ambrosius subjunxit: erubescimus dire, quod iste, qui Episcopum se jactat, a Laicis judicari petat! & in hoc quoque damnari meretur, cum jam impie beatis coram convictus sit; itaque ego cum Sacerdotio indignum pronuntio, Sacerdotium Dignitate privandum, & virum alienum Catholicum in ejus locum ordinandum.

n. 53. Tum S. Ambrosius Episcopos memores esse jussit, Imperatorem ipsis, tanquam Scripturarum Interpretibus, hujus Disputationis Decisionem reliquisse, & a singularis suffragia petiit.

S. V.

(\*) Insigne pro Clericis a Laicis non judicandis Testimonium!

S. Valerianus, Episcopus Aquilejensis, Seculum IV.  
 primus sententiam dixit in hunc modum: A. C. 381.  
 mibi quidem, qui Arium defendit, Ari-  
 mus, & qui ejus blasphemias non condem-  
 nat, & ipse blasphemus esse videtur; qua-  
 re, mea sententia, talis ex Episcoporum  
 ordine rescindatur. Palladius, videns,  
 rem serio agi, seque, hic stantem, depo- n. 55. 56.  
 nendum, irridentis specie assumpta, in- 57. Ep.  
 quit: *ludere cœpistis, ergo pergit!* non  
 respondemus vobis nisi in Concilio Orien-  
 talium. Quo dicto ultra nihil profatus  
 est. Episcopi omnes suam prompsere  
 sententiam, unusquisque speciatim, eo-  
 dem sensu, quamvis aliis verbis; omnes  
 Arianum, & Episcopatu depositum decla-  
 rarunt. S. Ambrosius, deinde ad Secun- n. 65.  
 dianum conversus, instabat, ut confite-  
 retur, Filium Dei esse verum Deum; at  
 moveri non potuit, ut aliud diceret,  
 quam esse verum Filium unicum Dei, non  
 autem esse verum Deum, dicebatque,  
 hanc propositionem in Scriptura non le- n. 70.  
 gi; & quantumcunque urgeret S. Am-  
 brosius, S. Eusebio Bononiensi adjuvante,  
 aliud a contumaci obtainere nequiit. Post-  
 quam Disputatio tenuisset a Diluculo us-  
 que ad horam septimam, nempe primam  
 pomeridianam, Secundianus, sicut Palla- ep. Syn.  
 dius Sacerdotio dejecitus est, & similiter n. 5. 8. 9.  
 Attalus Presbyter condemnatus.